HIERONYMUS
um 836/859 Seite 99r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Ut dum plus uis esse quam conditus es. &
magis sapere quam adō acceperas & iam id
perderes quod habebas. & propulchritudi
ne adque doctrina deformitaste & stultitia
possideret. Unde interram proiectus es.
qui ante habitabas in monte dī de quo & isaias
scribit. quomodo cecidit lucifer qui mane
oriebatur & saluator in euangelio. Uidebam
inquit satanan quasi fulgur de caelo cadentē.
quod & hieremias loquitur ad hierusalem.
quomodo obscurauit dn̄s in ira sua filiā sion
proiecit de caelo interram gloriam isrl̄.
proiectus aūt in conspectu omniū regū ut tuo
terrerentur exemplo uel bonorū regnū
quorū cor in manu dī est uel malorū quorū
regna ostendit diabolus saluatori. qui oc
currerunt regis babr̄lonio dicentes & tu
captus es. sic̄ nos adque inter nos reputatus
es. quamobrem & polluit sc̄ificationē suam
quam habuerat quando habitabat in monte.
& conuersabatur in medio ignitorū lapidū.
sequitur. producam ignem de medio tui qui
deuoret te. istū ignem in tyrii regis corde